Non sum fraudatus aspectu tuo, insuper
ostendit mihi Deus semen tuum. Cu:
mque tulisset eos Joseph de gremio pa:
tris: adoravit pronus in terram: &
posuit Effraim ad dexteram suam
id est ad sinistram Israel. Mana:
ssen vero in sinistra sua ad dexteram
scilicet patris: applicuitque ambos ad eum.
Qui extendens manum dexteram
posuit super caput Effraim iu:
nioris fratris: sinistram autem
super caput Manasse qui maior
natu erat commutans manus. Be:
nedixitque Jacob filijs Joseph: &
ait. Deus in cuius conspectu
ambulaverunt patres mei
Abraam et Isaac: Deus
qui pascit me ab adolescen:
tia mea usque in praesentem

.o.